

24

VIII

56


*Catalogus librorum reprobatorum.*  
*Toleti, Mdli.*







24-VIII-56











One hundred facsimile copies  
printed for A. M. Huntington at  
the De Vinne Press, New-York





To  
Thomas Bailey Aldrich



LIBRARY OF THE  
MUSEUM OF COMPARATIVE ZOOLOGY  
AND ANATOMY  
HARVARD UNIVERSITY  
CAMBRIDGE, MASS.

PLATE I

FIG. 1

FIG. 2

FIG. 3

FIG. 4

FIG. 5

FIG. 6

FIG. 7

FIG. 8

FIG. 9

FIG. 10





# CATALOGVS LI

BRORVM REPROBATORVM EX IV  
DICIO ACADEMIÆ LOVANIENSIS

CVM EDICTO CAESAREAE MAIESTATIS

EVVLGATVS.

EXTRAVAGANS SANCTISSIMI DO  
mininostri, D. Iulij papæ tertij contra tenentes seu legē  
tes libros prohibitos vel reprobatos.

ALIVS CATALOGVS LIBRORVM

auctoritate illustrissimi ac reuerendissimi domini D. Ferdi  
nandi de valdes archiepiscopi Hispaleñ, inquisitoris ge  
neralis; & dominorum de cōsilio sanctæ generalis

inquisitionis iam pridem reprobatorū, cum

edicto dominorum inquisitorū aposto

licorū in ciuitate Toletañ, residētū

quorū censura nōnulli alij libri

nouissime reprobati; prioribus adiunguntur.



TOLETI.

EX OFFICINA IOA. DE AIALA ANNO. D. 1551.

CONPROHIBICION de los dichos señores inquisidores de  
Toledo que ningū impressor ni librero ni otra persona alguna im  
prima ni venda el dicho Catalogo de libros prohibidos y reproba  
dos en su distrito y jurisdiccion sin su licencia y mandado so pena  
de excomunió mayor lata sentētiae y de cincuenta mil marauedis.





¶ EXVRGE DOMINE,  
IUDICA CAVSAM TVAM.



CRECTOR ET VNIVERSITAS  
studij generalis Louaniensis ad p̄tū lectorem,

CVM RELIGIO ac pietas sacrosanctę Cæs. Ma. om  
nem hæresum materiam ac fomentum summo desiderio  
ac studio hæctenus semper excidere conata fuerit, ac animad-  
uertēs maximam earum occasionem ex reprobatorum libro-  
rum lectione nasci ac foueri; diuersis publicis edictis prohibu-  
erit; ne quisq̄ eius generis libros imprimeret; aut v̄deret; aut  
retineret, & ne quis forte rerum nouarum studiosus per erro-  
rem, vel simplicitatem libros noxios pro salutaribus, impios  
pro pijs, hæreticos pro catholicis amplecti posset, partim in  
suis edictis partim in catalogo per sacrę theologię professores  
Louanienses, suo iussu, anno nostrę salutis 1546, confes-  
cto & publicato, hæreticorū huius infœlicis seculi nomina &  
libros, vna cum nonnullis alijs de hæresi vehementer suspe-  
ctis, cum maturo examine notari, & diserte suis nominibus ex-  
primi iussit. Sed quia interim sua maiestas intellexit, quotidie  
nouos huius farinae scriptores suboriri ac libros novos æque  
atq̄ priores impios, & sacrilegos clanculum diuulgari, cū gra-  
uissima iniuria religionis Christianę, ac periculo suorum in  
hac inferiori Germania subditorum, binis literis ad nos mis-  
sis, mandauit, vt quotquot huius notę authores, & libri hæ-  
ctenus prodijissent, omnes in vnum ordinem atq̄ elenchum  
apte coligeremus ac digereremus, quo tãto facilius simplicio-  
res sibi ab huiusmodi veneno cauere, pœnamq̄ contra talium  
librorum lectores seu possessores edictis publicis constitu-  
tã, euitare queant. Præterea quia non parui refert, quibus præ-  
ceptionibus & doctrinis pueri & adolefcētes in ea ætate in sco-  
lis instituantur ac formentur, iussit quoq̄ in ordinem digeri,  
& speciatim exprimi, designariq̄ eos authores & libros, quos  
arbitraremur ad institutionē iuuentutis esse maxime aptos &  
idoneos, ita tamen ne nimium coactarentur iuuetutis studia, in  
his præsertim libris, in quibus nullū est religionis, & morum  
periculū. Quibus literis cum ea qua decuit reuerētia acceptis  
& perlectis, Nos volentes in hac re tam pio & sancto deside-



PREF. ACADEMIE. LOVAN:

rio, ac mandato religiosissimi principis nostri (prout tenebamur) parere, ac pro nostra virili satisfacere, vtrūq; catalogū matura ac diligenti discussione habita ad eā formulā quæ nobis præscripta erat collegimus & absoluimus. In quorū collectione in primis obseruatū est (quo plenius simplicium & rudium lapsus ac periculum euitaretur) vt non solum libri illi e manibus eorū eriperētur, qui manifestas hæreses, aut vehementer de heresi suspectas traditiones & dogmata cōtinerent: sed etiā illi, qui sub specie pietatis, ac purioris ac facilioris religionis prætextu, imperitum vulgus (quod etiā suo vitio a veteris religionis seueritate, ad laxā istā hæreticorū viuendi licentiā satis propensū est) miris technis & fraudibus alliciūt, quotandē ita exceptos in baratrū suę impietatis demergant, dum interim illi docent, hi insinuant, primatum Romanæ ecclesiæ nullum esse, summorum pontificū & conciliorum generalium cōstitutiones & decreta vilipendēda esse, cerimonias ecclesiæ catholicæ ex temporibus apostol. hætenus pie obseruatas, nugas esse, confessionem auricularem, satisfactionem pro peccatis, preces pro defunctis, missarū sacrificia, & suffragia sanctorū, vana esse, & ad sacerdotū quæstū inuēta & instituta operū merita, ieiunia ab ecclesia indicra, vota monastica, et alia huiusmodi pene infinita pietatis exercitia, temeraria esse, et a sinceritate fidei ac verę religionis Christianę prorsus aliena solāq; fidem sufficere ad salutē. Porro in tanta authorum & librorū multitudine, quæ pene infinita est, illud quoq; prouisum est, nequid contra aliquem authorem aut eius libros durius & odiosius statueretur, q̄ iustitiæ ratio aut conseruatio religionis postulabat. Hinc est, quod quorundam opera vniuersa videbātur esse reprobanda, nempe eorum, qui suas pte malitia capita & principes sectarum & impietatum (quibus misere nunc laborat totus christianus orbis) deprehenduntur extitisse, quia tam canonica, q̄ ciuilia iura cauēt, heresiar chas cū omnibus libris suis esse dānandos, ne vllum tā nepharij criminis monumentū supersit. Quorundā vero opera non videbātur in vniuersum dānanda, sed potius bona e malis seligenda, & tantum ea quæ hæresim continerent aut saperent,





## PREFATIO.

prohibenda, ob id quod isti non inueniantur ex professo hæretici, sed potius ab alijs seducti, quiq; non principali intentione hæretica adstruxerunt, sed solū in quibusdā libris ijsq; plerūq; alterius artis & professionis, obiter quædam reprobata doctrine interseruerunt. Nec aliquibus mirū videri debet, quod tot biblia, tot noua testamenta inueniantur in catalogo subiecto reprobata, quia circa ea omnium exactissima inuestigatio & censure debuit adhiberi, ob id potissimum, quod principali causa errorū nascitur ex literis sacris aut male intellectis, aut deprauatis. Nam si quādo hæresiarcha dogma aliquod apud imperitos apertis verbis sacræ scripturæ, licet sensus scripturæ aliorū tēdat adstruxerit, veluti cū conatur delectū ciborū ab ecclesia tēpore ieiuniorum indictum dissuadere per illud saluatoris. Omne quod intrat per os, non coinquinat hominē, periculū est, ne vel huiusmodi vnico argumento præceptum ecclesiæ apud imprudētes reddatur illusorium. Rursus cū hæresiarcha animaduernerit, quosdam locos sacræ scripturæ aperte dogmata sua refellere, tunc nequitia suam cōuertit ad hoc vt per nouas versiones in aliā linguam, aut iteratas impressiones, locos illos verborū immutatioe additione, subtractione vel interpretatione corrūpat, prout eleganter demonstrat epistola præliminaris, ad prædictū catalogum librorum anno domini, 1546. editū. Quare si illud vulgare, vbi maius est periculum, ibi cautius est agēdū, vsquā locū habeat, haud dubie in hac discussione sacrorū librorum erat in primis obseruādum. Similis quoq; diligentia adhibita est in designandis libris iuuētuti in gymnasijs prælegendis, propter similitudinem hæreticorū vafriaciē ac fraudem, qui in hoc obtrudunt incautæ inuentuti a se fabricatas nouas grāmaticæ, dialecticæ, rhetoricæ, aut aliarū disciplinarū institutiones, vel cōmentarios, vt per exempla artis ex hæreticorū dogmatibus desumpta, iuuetus hæresum & sectarū dogmata simul cum artibus imbibat, quasdā quoq; familiarium colloquiorum formulas, puritatē linguæ Latinæ pollicētes, & alia quædā his similia opuscula iisdē proponūt, fatagētes, vt ex illis ceremoniarū ecclesiasticarum contēptum monastici instituti odium, & alias his similes prauitates vna



## PREFATIO!

cum linguarum perit̃ia a pueris hauriant, & in virilem etatē  
 transmittant. Hos itaq; perniciosos libros e manibus hominū  
 extorquēdos esse, nō nostri tantum tēporis, sed fere omnium  
 seculorū exemplis probari potest, quom sapientissimi Roma  
 norum, codices in sepulchro Numę inuentos; (cum alioqui  
 thesaurus esse videri possent) quia contra religionē facere vis  
 derētur, statim incendio abolendos dederint, & Augustus ce  
 sar volumina titulo quidē Sibyllina, sed indigna tanto nomi  
 ne, ad incendium conquissierit, non ferens falsis vaticinijs ina  
 nicq; euentuū expectatione mūdum turbari, & ad imperium  
 Apostolorū magici libri innumerabiles cōbusti sint, neq; Chri  
 stus demonem, quanquam vera de se predicantem passus sit  
 loqui, ne falsitas veris intermixta, auditorē ad omnia credulū  
 haberet. Non igitur mirum, si bene dicta, ob aspersiones mala  
 rum sententiarum, libros alioqui non malos in damnationem  
 pertraxerint. Verum si forte aliquibus durū videatur, quod  
 studiosi priuantur lectura & fructu diuersarum disciplinarū,  
 quem ex quibusdam libris ob errores aliquot incidēter com  
 missos damnatis, sed iā repurgatis aut facile repurgādis, cape  
 re possent, vel etiā ex alijs libris alioqui bonis & vtilibus, sed  
 ob id solū damnatis, quod vel ab hæresiarchis conscripti sunt,  
 vel ab his ex lingua Hæbraica, Græca, vel Chaldaica in Lati  
 nā versi, aut in originali lingua editi, horū præfationibus, an  
 notationibus, scholijs illustrati, vel verius cōspurcati sunt, hi  
 sciant, Cæs Ma. (prout accipimus) non inuidere studiosis tas  
 liū librorum lectionē, sed velle suis edictis stari; donec cōmis  
 sarij a sua Maie. rei librarię præficiendi ad instantiā forte sup  
 plicantium hos vel illos libros ex prædictis, studiosis concedi,  
 causa cognita: suę Maie. significauerint, illos sine periculo ad  
 mitti posse. Nulli priuatorū permissa licentia, vt priuata auto  
 ritate deletis a se nominibus authorum reprobatorū aut detra  
 ctis præfationibus; annotationibus; aut scolijs prohibitis: vel  
 passibus erroneis repurgatis: ipsos libros retinere possint. Ne  
 sub hoc prætextu & fuce edictis suę maie. statis illudatur, ea  
 potestate sibi aut suis commissarijs reseruata.



CARTA DE EDICTO DE LOS  
señores Inquisidores cōtra las personas q̄  
tienē libros prohibidos y reprobados.

**N**OS LOS INQUISIDORES Contra la heretis  
ca prauedad & apostasia en esta ciudad de Toledo y su  
arçobispado & ciudad & obispado de Sigüençã; con los obis  
pados de Auila y Segouia de los puertos aquende. Dados &  
deputados por auctoridad apostolica, &c. A todas y quales  
quier personas; assi varones/ como mugeres de qualquier es  
tado/ grado/ o condicion/ preheminencia/ o dignidad q̄ sean/  
esentos o no esentos vezinos y moradores/ ansí en la dicha ciu  
dad de Toledo/ como en todas las otras ciudades villas & lu  
gares deste nuestro distrito/ o estantes en ellos. A quien lo de  
yuso en esta nuestra carta cōtenido toca & atañe/ o tocar & ata  
ñer puede en qualquier manera & a cada vno & qualquier de  
vos. Salud en nuestro señor Iesu christo & a los nuestros mã  
damiētos que mas verdaderamente son dichos apostolicos fir  
memente obedescer & cūplir. Sabed que nuestro muy sancto  
padre Iulio tercio/ ynformado de los grandes yncōuinientes q̄  
hã resultado y se hã seguido de tenerse y leerse los libros en q̄  
se contienē algunos errores y heregias contra la sancta fee ca  
tholica/ y contra lo que la sancta sede apostolica nos enseña y  
manda: ha promulgado vna extrauagante/ por la qual prohi  
be que ninguna persona de qualquier qualidad preheminen  
cia o dignidad que sea/ o ser pueda/ avnque sea obispo/ o ar  
çobispo pueda tener ni leer los dichos libros reprobados. Y re  
uoca en la dicha extrauagante todas las licencias que estan da  
das y concedidas a qualesquier personas de qualquier esta  
do preheminencia o dignidad q̄ seã para tener y leer los dichos  
libros reprobados/ la qual dicha extrauagante y Caralogo y me  
morial de todos los dichos libros/ mandamos aqui inserir.  
Su tenor de todo lo qual es este que se sigue.

A iiij



BVLLA EXTRAVAGANS SANCTISSIMI  
domini nri domini Iulij papæ terciij cōtra tenētes seu le  
gētes libros prohibitos vel reprobatos,

**IVLIVS** EPISCOPVS SERVVS  
seruorum dei ad perpetuam rei memoriā. Cum meditatio  
cordis nostri ad id potissimum tendat, vt fides catholica vbiq̃  
augeatur et floreat, ad ea libenter intendimus: per quā omnis  
ab ea declinādi occasio tollatur. Sane cum sicut nobis nuper  
innotuit ex facultatibus quæ aliquibus vt libros hæreticos  
aut de fide suspectos etiam ad effectum eorundem librorum  
errores repellendi tenere, et legere possent; aliquando conces  
se fuerunt, non ij qui sperabantur fructus hætenus prouenez  
rint quinimo diuersa inconuenientia subsequuta sunt. Nos præ  
missis occurrere & Christi fidelium animarum salutē consule  
re cupientes; motu proprio non ad alicuius nobis super hoc  
oblate petitionis instantiam, sed de nostris certa sciētia, et ma  
tura deliberatione, omnes & singulas facultates & licentias le  
gendi & tenendi libros lutheranos aut alios hereticos seu de  
fide suspectos; quibusuis personis cuiuscunq̃ status gradus,  
ordinis, vel conditionis existentibus, etiam si episcopali vel ar  
chiepiscopali aut alta maiori dignitate ecclesiastica seu secula  
ri præminētia prefulgeant, inquisitoribus seu commissarijs  
super heretica prauitate ab apostolica sede pro tēpore deputa  
tis (durāte ipsa deputatione) dūtaxat exceptis; a quibusuis præ  
decessoribus nris ac nobis, & dicta sede apostolica seu eius le  
gatis etiā de latere aut maiori penitentiario nostro vel quibus  
uis alijs sub quibuscunq̃ verborū formis & expressiōibus  
ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs clau  
sulis irritantibusq̃ & alijs decretis quo modolibet etiam mo  
tu & scientia similibus hætenus concessas, apostolica auctori  
tate tenore presentium reuocamus, irritamus, & annullamus  
& pro reuocatis, irritis & penitus infectis quo ad omnia habe  
mus, & ab alijs haberi volumus, districtius inhibētes psonis  
præfatis sub sententijs censuris & penis, contra similes libros  
tenentes aut legentes tam a sacris canonibus quam a nobis.



BVLLA EXTRAVAGANS:

& sede apostolica hactenus inflictis & promulgatis, ne de ce-  
 tero facultatibus & licentijs predictis vti, aut earum pretextu  
 seu alias quomodolibet libros predictos aut quoscunq; alios  
 hactenus reprobatos, aut in futurum reprobandos; tenere aut  
 legere presumant. Et insuper omnes & singulos librorum im-  
 pressores & Bibliotecarios ac libros quomodolibet vendētes  
 & quascunq; alias personas libros lutheranos aut alios hereti-  
 cos, seu lutheranam aut aliam falsam doctrinam in se continē-  
 tes, vel a nobis & dicta sede quomodolibet reprobatos ex qua-  
 uis causa, etiam ex nostra & dicte sedis speciali licētia seu per-  
 missione penes se habentes cuiuscunq; status gradus, ordinis  
 vel conditionis, aut præminentie existant, etiam si vt prefer-  
 tur pontificali aut alia quacunq; etiam maiori ecclesiastica  
 vel mundana dignitate prefulgeant, dictis inquisitoribus &  
 commissarijs (vt prefertur) exceptis, dicta apostolica aucto-  
 ritate et earumdem tenore presentium requirimus & mone-  
 mus, ac eis & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientie, &  
 sub incurso heresis, ac omnibus contra hereticos de iure in-  
 ctis & promulgatis, tam ecclesiasticis quam temporalibus sē-  
 tentijs, censuris & penis districte precipiendo mandamus qua-  
 tenus infra spatium sexaginta dierum a die publicationis pre-  
 sentium, modo & forma infrascriptis facienda computando-  
 rum, quorum viginti pro primo, & alios viginti pro secundo,  
 ac reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino, ac  
 monitione canonica; eis & eorū cuilibet in his scriptis assigna-  
 mus; omnes & singulos libros lutheranos, aut alios hereticos  
 seu lutheranam, aut aliam falsam doctrinam in se continentes  
 vel a nobis & dicta sede quomodolibet reprobatos, penes se  
 eos ex quavis causa etiam mercature (& ex nostra ac eiusdē se-  
 dis permissione, ac licētia speciali) vt prefertur penes eos exi-  
 stētes, inquisitoribus hereticæ prauitatis in ciuitatibus in qui-  
 bus libri huiusmodi existunt, cōsignasse debeant realiter & cū  
 effectu. Et nihilominus venerabili fratri Iohanni Petro episco-  
 po Tusculano Neapolitano, & dilectis filijs nostris Iohanni sā-  
 cti Clementis de Burgos, ac Marcello sancte Crucis in Hie-  
 rusalem Ceruino, & Francisco sancte Anastasie titularū sfrō





## BVLLA EXTRAVAGANS!

dato nuncupatis presbiteris cardinalibus inquisitoribus generalibus per sedem apostolicam deputatis, per apostolica scripta pari motu, mandamus quatenus ipsi per se vel alium seu alios eosdem requisitos & monitos monitione & mandato nostris predictis non parentes: quos heresim ac alias sententias cēsuras & penas predictas propter nō paritionē huiusmodi incurrere contigerit, ex nunc prout ex tunc, & e contra: heretizcos ac sententijs censuris & penis predictis irretitos tandiu publice nuntiēt, & faciant ab alijs nuntiari, donec ipsi omnes & singulos liberos lutheranos aut alios hereticos huiusmodi inquisitoribus prefatis in ciuitatibus in quibus libri huiusmodi (vt prefertur) existunt consignauerint; & rehabilitationis gratiam obtinuerint; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis contrarijs quibus cunq; , aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari nō possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē. Ceterum vt premissa omnia ad eorum quorum interest notitiā deducātur, nullusq; de eis ignorantia iuste pretendere aut se legitime excusare possit. Volumus & dicta auctoritate apostolica decernimus q; presētes litterę per aliquos curię nostre cursores, in Basilica principis apostolorum de vrbe & ecclesia lateranē: dum inibi multitudo populi ad diuina audienda congregari solet palam & clara voce legātur, & lecte in eandem basilicę & ecclesię valuis necnon in porta cancellarie apostolicę & in acie Campi flore affigantur, vbi ad lectionem & notitiam cunctorum aliquandiu affixe pendeant, & cum inde amouebūtur, earum exempla in eisdem locis remaneant affixa. Quodq; per lectionem affixionem & publicationem huiusmodi omnes & singule personę sub presentibus comprehense, post sexaginta dies huiusmodi respectiue tra sint obligate & assericte: ac si eis coram & personaliter, lecte & intimate essent, & earum trasumptis manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personę in dignitate ecclesię



CATALOGVS LIB. REPROBATORVM

siastica cōstitute munitis; ea prorsus fides adhibeatur; quæ p̄ sentibus adhiberetur si forent exhibite vel ostense. Volumus autem quod ij qui libros lutheranos seu alios predictos infra spatium & terminum huiusmodi dictis inquisitoribus consignauerint, nisi ipsi alias quam ex retentione librorum huiusmodi heretici seu de fide suspecti erint, eo ipso etiam absq̄ aliqua desuper facienda abiuratione, a censuris & penis propterea forsam in cursis in vtroq̄ foro absoluti sint, & esse censentur. Prout nos eos in euentum predictum ex nunc prout ex tunc (dūmodo penitentiam quam confessor per eos eligendus eis propterea duxerit iniungendam) omnino adimpleant absoluiimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre reuocationis, irritationis, annullationis, inhibitionis requisitionis, monitionis mandati, decreti & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit; indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Rome apud sanctum Petrum: anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo quinquagesimo, Tertio kalendas Maij, pontificatus nostri anno primo.

CATALOGVS LIBRORVM REPROBATORVM,  
ex iudicio Academiæ Louaniensium cum edicto  
Cæsareæ maiestatis euulgatus.

A

Andree Carolostadij omnia opera.

Antonij Coruini expositio decalogi, symboli apostolici, sacramentorum, & dominice passionis per dialogos.

Eiusdem colloquia theologica.

Eiusdem theologia ex libris Augustini & Chrysostomi de prompta.

Eiusdem postille in Euangelia dominicalia.

Eiusdem in Euangelia & epistolas loci.

Idē contra libellū Erasmi de facienda cōcordia, & cætera.

Et generaliter vniuersa opera eius.



C A T A L O G V S :

Anotomia excusa Marpurgi per Eucharium Ceruicorum,  
 Andreæ Osiandri annotatioones in Harmoniã euangelicã,  
 Andree Knopken cõmentarius in epistolam ad Romanos,  
 Andreæ Althameri Brentij annotationes in epistolã Iacobi.  
 Eiusdem annotationes in duas posteriores epistolas Ioãnis.  
 Eiusdem conciliatio locorum scripture que pugnare videtur,  
 Sententię ex doctoribus collecte per Antoniu Anglum.  
 Arsatij Schoffer Euangeliorum dominicalium enarrationes.  
 Achillis Gassari epitome Chronicorum.

B

Bartholomei Vuesthemeri Phrases diuine scripture,  
 Eiusdẽ cõciliatio scripture diuine & patrum orthodoxorũ.  
 Eiusdẽ Farrago cõcordatiũ insigniũ toti sacre biblię locorũ.  
 Eiusdem tropi insigniores veteris & noui testamenti,  
 Eiusdem collectanea communium troporũ sacre scripture.  
 Bernardini Ochini Senensis sermo de iustificatione.

C

Celij secundi Curionis araneus, seu de prouidentia dei.  
 Idem de immortalitate anime.  
 Idem de liberis educandis.  
 Idem de Paradoxis,  
 Christophori Heghendorphini Parenesis de vita instituẽda,  
 & moribus corrigendis iuuentutis.  
 Eiusdem Christiana institutio studiosę iuuentutis, cum expo-  
 sitione orationis dominicę Philippi Melanchtonis.  
 Idem de Rhetorica legali.  
 Eiusdem Methodus cõscribendi epistolas cũ locis dialecticis  
 Eiusdem Helleborum adiunctum Querele eloquentię.  
 Idem in Marcum, in epistolam ad Hebreos, & in acta Apo-  
 stolorum.  
 Christophorus Hofmam in epistolas Pauli ad Philippenses  
 & Titum.  
 Eiusdem de Poenitentia libri tres.  
 Christophori Corneri ex sagis ratio inueniendi terminũ me-  
 dium in syllogismo categorico.  
 Chariei Cogelij religionis antiquę & vere Christianę potiss;



REPROBATORVM LIB.

ſima capita.

Conradi Geſneri Tigurini bibliotheca vniuerſalis.  
 Conradi Lagi iuris vtriuſq; methodica traditio.  
 Cōradi Pellicani cōmentarij in vetus & nouū teſtamentum.  
 Conradi Clauſerij Tigurini inſtitutionum Theophili.

E

Eraſmi Sarcerij poſtille in Euangelia dominicalia.  
 Eiuſdem expoſitiones in Euangelia feſtiualia.  
 Idem in epistoſas dominicales & feſtiuales.  
 Eiuſdem tres tomi annuarum concionum.  
 Eiuſdem expoſitiones in euangelium Mathei.  
 Idem in euangelium ſecundum Marcum.  
 Idem in euangelium ſecundum Lucam.  
 Idem in euangelium ſecundum Ioannem.  
 Idem in epistolam ad Romanos.  
 Catheciſmus eiuſdem.  
 Idem de arte concionandi.  
 Idem de ratione diſcendę Theologię.  
 Eiuſdem methodus in præcipuos diuine ſcripturę locos.  
 Primus tomus methodi correctę in præcipuos diuine ſcriptu  
 re locos, per eundem.  
 Secundus tomus methodi correctę in eofdē locos, per eundem  
 Præcipui ſacrę ſcripturę communes loci, a D. Auguſtino tra  
 ctati, ab eodem in methodum tracti.  
 Idem de vanitate ſcolatię theologię.  
 Rethorica plena exēplis per eundem. Eiuſdem dialectica.  
 Idem de conſenſu verę eccleſiæ & S. patrum.  
 In Ieſū Syrach integra ſcholia, in duob; tomis digeſta ab eod.  
 Eiuſdem locorum comuniū ex diuinę ſcripturę conſenſu,  
 & ſanctorum patrum, copioſiſſima confirmatio.  
 Et generaliter omnia eius opera.  
 Eobani Heſſi operum farragines duę.  
 Eiuſdē carmē additū Antonio Flamineo in pſalmos aliquot;

F

Franciſci Lamberti libri omnes.  
 Firmiani Chlorig præſatio, & annotationes in D. Chriſoſto;



CATALOGVS?

mum de dignitate sacerdotali.

G

- Gasparis Hedionis epitome in euangelia & epistolas quæ leguntur per totum annum.  
 Gasparis Megandri commētarij in epistolam ad Ephæsius.  
 Eiusdem in epistolam priorem ad Timotheum.  
 Eiusdem in epistolam ad Galatas.  
 Geographia vniuersalis per Henricum Petri Basileę.  
 Gerardi Lorichij institutio catholica fidei orthodoxę.  
 Gerardus Neomagus de non comburendis hereticis.  
 Eiusdem præfatio in librum Ioannis Cathacusenı contra fidē Mahumeticam.  
 Gryphij precationes dominicę.

H

- Henrici Bullingeri in omnes epistolas apostolicas. D. Pauli quatuordecim, & septem canonicas cōmentarij.  
 Idē de scripturę sanctę autoritate, & absoluta perfectione.  
 Eiusdem responsio ad Ioannem Cochlæum pro solida scripturę autoritate, & absoluta eius perfectione.  
 Eiusdem responsio secunda ad replicam Ioannis Cochleji de scripturę & ecclesie autoritate.  
 Eiusdē commētarij in Mattheum, Ioannē, Marcū & Lucā.  
 Idem in acta apostolica. Idem de prophetę officio.  
 Eiusdē expositio de testamēto seu fœdere dei vnico & eterno.  
 Idem de origine erroris in negotio Eucharistię.  
 Idem de origine errorum in diuorū & simulachrorum cultu.  
 Et generaliter omnia eius opera.  
 Henricus Cornelius Agrippa de vanitate scientiarum.  
 Eiusdem apologia pro eodem libro.  
 Idem de occulta philosophia.  
 Hermanni Bonni Chronica Lubeci.  
 Eiusdē farrago precipuorū explorū de apostolis & martirib⁹  
 Vnio dissidentium dogmatū Hermanni Bodij.  
 Hermanni Buschij carmen additū nouo testamento, per varios autores carmine reddito.  
 Hermānushellus, qui adiūct⁹ est Sebaldō Heydē nō repbato



REPROBATORVM LIB.

I

- Ioannis yuicle libri omnes.  
 Ioannis Hus libri omnes.  
 Ioannis Oecolampadij libri omnes.  
 Ioannis Pomerani libri omnes.  
 Ioannis Pupperi Gochiani libri omnes.  
 Iusti Iong libri omnes.  
 Iani Cornarij epistola præfixa Epiphanio recens verso.  
 Ioachimi Vadiani epitome Topographica.  
 Eiusdē aphorismorum libri sex de cōsideratione eucharistiæ.  
 Eiusdem epistola ad Ioannem Zuiccium Constantiensem,  
 quod Iesus Christus etiam in gloria est vera creatura,  
 Eiusdē pro veritate carnis triumphātis Christi recapitulatio.  
 Ioachimi Camerarij in Tuscul. quæstiones Ciceronis cōmen.  
 Ioannis Caluini Cathecismus.  
 Eiusdem institutio Christianæ religionis.  
 Eiusdem responsio de libero arbitrio ad Pighium.  
 Idem in epistolam ad Romanos.  
 Eiusdem commentarij in quatuor epistolas Pauli, ad Galatas,  
 Ephesios, Philippenses, & Collossenses.  
 Viuere apud Christum sanctos mortuos in fide, per eundē.  
 Et generaliter vniuersa eius opera.  
 Ioannis Brentij commentarij in euangeliā secundum Lucam;  
 & Ioannem, & in acta apostolica.  
 Eiusdē cōmētaria in Iob, Exodū, Leuiticū, Iudicū, & Ruth.  
 Eiusdē expositio in Amos. Eiusdem annotationes in Amos.  
 Ecclesiastes Salomonis cum commentarijs eiusdem.  
 Idem in epistolam Pauli ad Philemonem.  
 Idem in librum Esther.  
 Eiusdem tractatus casuum quorundam matrimonialium.  
 Eiusdem libellus de administranda republica.  
 Eiusdem homeliæ sub incursione Turcarum.  
 Et generaliter vniuersa opera eius.  
 Ioannes Gassius de Exordio Anabaptismi.  
 Ioānis Spanghebergij Herdesiani Margarita theologia.  
 Eiusdem postilla Latina pro Christiana iuuentute.



C A T A L O G V S :

- Ioannis Loniceri cōpendium in quosdam libros Aristotelis.  
 Ioannis Oldēdorpj progymnasmata forensia.  
 Ioannes Riuius de admirabili cōsilio in celādo mysterio redē  
 ptionis humane.  
 Ioānis Herolt prelatio in Hugonē Eterianū de spiritu sācto.  
 Ioannis Sturmij de demōstratione liber.  
 Idem de omīssa ratione dicendi; & de litterarum ludis.  
 Ioannis Sartorij exercitus selectissimarum orationum.  
 Ioannis Sleydani orationes due, altera ad Carolum .V. altera  
 ad principes Germaniē.  
 Ioannis Rhellicani Tigurini annotationes in C. Iulij Cęsaris  
 & Auli Hirtij commentaria de bello Gallico.  
 Ioannis Draconitis cōmentariorum euangelicorum de Iesu  
 Christo filio dei libri duo.  
 Ioannes Aepinus de sacris concionibus formandis.  
 Eiusdem commentarius in psalmum decimum quintum.  
 Eiusdem in psalmum decimum sextum commentarius.  
 Ioannis Agricolę annotationes in euangelium Lucę.  
 Eiusdem annotationes in epistolā ad Titum.  
 Iudocus Vvilichius de pronūtiatione rethorica.  
 Idem in erotematibus dialecticis.  
 Eiusdem dispositio in euangeliā dominicalia.  
 Iustus Menius in Samuelem.

L

- Leopoldi Dickij paraphrastica meditatio in sacrosāctam pre  
 cationem dominicam.  
 Liber sēntentiā Antonij melisse. Et Tacisni disertationes  
 cōtra Grecos.

M

- Martini Lutheri libri omnes. ¶ Marsilij de padua libri oēs.  
 Martini Buceri enarrationes in quatuor euangeliā.  
 Eiusdem enarrationes in epistolas Pauli.  
 Eiusdem resposio ad Latomum. ¶ Eiusdem de vera in do  
